

ne licentia Diocesani. Item quia tales Hispani ibi habitantes ratione proprii domicili, habent ius ad recipiendum Sacramenta, que solent per Parochum ministrari. Et ad hoc facit Eugenii. 4. concessum, q̄ peregrinantes & hospites tempore Paschatis possunt confiteri, & communicare sicut habentes proprium incolatum, de quo alibi latius. Hec ille. Per Synodales autē Concilii Provincialis de Mexico. cap. 62. datur licentia per hæc verba. Concedemos que qualquiera Sacerdote yendo de camino, o pasando por algun lugar, pueda Baptizar los niños y confessar teniendo nuestra licencia para oyr Confessiones. Ex qua licentia patet q̄ si frater trāsit per aliquem populum Indorum, & non est ibi Parochus, q̄ poterit Baptizare parvulos, & Indorum filios, & Hispanorum sine licentia alia. Quia hanc licentiam concessere Episcopi de Mexico, Huaxyacac. Quauhquemalla, & omnes alii qui in illo Concilio interfuerunt. Dixi q̄ poterit Baptizare filios Hispanorum: quia licentia nullum excipit: & ratio quare concessa fuit, militat in filiis Hispanorum, scilicet ob periculum decedendi sine Baptismo, propter eorum teneram